



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 89. Joannis Parvi propositiones jussu Regis discussæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. nullos, quibus pacem & quorundam Pro-
A.C. 1413. cerum honorem nimia libertate læsisse
 videbatur. Hanc quoque die quarta O-
 ctobris publicavit; (*) sed omni ratio-
 num suarum pondere nil amplius impe-
 trare poterat, quam quod, Parisiensium
 tumultibus tandem compositis, serio in-
 cumberetur examini, ac damnationi fa-
 mosæ illius elucubrationis, sub titulo:
Justificatio Ducis Burgundia, in qua fas
 esse tyrannum occidere, demonstrare
 contendebatur.

§. LXXXIX.

*Joannis Parvi propositiones jussu
 Regis discussæ.*

*Monach.
 Sandyon.
 l. 23. p. 933.*

Quapropter Rex Gerardo de Montaiga,
 seu Monte acuto, Parisiensi Episco-
 po, ejusque Officiali negotium dedit, ut
 unacum Joanne Poletto Ordinis FF. Præ-
 dicatorum, atque in Galliis hæreticæ
 pravitatis Inquisitore, certoque Theolo-
 giæ Doctorum numero conferrent, & hu-
 jus libelli propositiones sedulo examina-
 tas juridica configerent censura, oblato
 simul si opus esset, brachii sæcularis au-
 xilio.

(*) Habetur ad calcem Historiæ Concilii
 Pisani ab Iensantio conscriptæ.

xilio. Hæc Regis epistola data fuit die ^{Sæcul. XV.} septima Octobris Anno Salvatoris nostri ^{A. C. 1314.} millesimo quadringentesimo decimo tertio, in qua tamen nec Burgundiæ Dux, nec Joannes Parvus nominatim expressi leguntur, sed duntaxat sermo fuit de multis hæresibus, atque fidei erroribus, bonis moribus ac tranquillitati status summe periculosis, qui aliquibus abhinc annis in Gallias irrepsissent, atque ad exterâs quoque Regiones sese effundere cæpissent. Ex his literis evenit, quod in ædibus Episcopi celebris haberetur congressus, trigesima Novembris die inchoatus, cujus quinque recensentur Sessiones, earumque prima celebrata est die mox dicto, altera quarto Decembris, tertia ejusdem Mensis die decimo nono, quarta decimo nono Januarii Anno sequenti, ac denique quinta, duodecimo Februarii.

In prima sessione lecta est epistola Regis unacum septem propositionibus a Gersonio ex libro Joannis Parvi decerptis. Quænam autem fuerint hæ propositiones, percipere lubeat.

§. XC.

Propositiones ex libro Joannis Parvi extractæ.

- I. „Licitum est unicuique subdito aut
 „ vafallo, honorabile, ac merito-
 „ rium